



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vita Et Doctrina Jesu Christi**

**Avancini, Niccolò**

**Coloniae Agrippinae, 1689**

Epiph. Chr. Dom. Dom. I. Post Epiph.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

vanitatem, existimationem, &c. ignestas  
sunt: si ad vilitatem, & contemptum tui,  
læ Dei sunt. Has sequere, & Deum  
monstrabunt.

DOMIN. I. POST EPIPHANIAM  
De adoratione Magorum.

1. **E**T intrantes domum invenerunt puerum  
cum MARIA Matre ejus. Mat.

2. Considera 1. Hos Principes non horruerunt  
sordes stabuli, non despexisse paupertatem  
aut infirmitatem infantis; sed interne illi  
stratos agnovisse hunc puerum esse Deum.

Lauda Deum, gratulare Magis, neque  
horre paupertatem, aut contemptum. Po-  
quam enim Deus pro te vilis factus est,  
invenies eum per gloriam, & existima-  
nem. Reflecte, dole, desidera, pete.

2. Et procidentes adoraverunt eum. Mt.  
Prociderunt primùm, non tantùm corpore  
in terram in reverentiæ signum, sed etiam  
animo in suum nihilum, agnoscendo se  
de quaque ab hoc Deo pendere. Deinde  
orarunt perfecto cultu patriæ: quia Deum  
cognoverunt. Ecce quam sui æstimationem  
excitat Deus cognitus? quam reverentiam  
quam animorum subjectionem? quem  
contemptum? Excelleres his, si Deum bene  
nossetes.

3. *Et procidentes adoraverunt.* Considera qui fuerint eorum affectus. 1. Eos gratias e-  
gisse, quòd venerit in mundum ad redimen-  
dos homines. 2. Quòd per stellam eos ad se  
deduxerit. Obtulisse se ad perpetua ejus ob-  
sequia servos infimos. Excita in te eisdem  
affectus, & offer te ad quævis ardua.

F E R I A II.

De oblatione munerum.

1. **A** Pertis thesauris obtulerunt ei mune-  
*Ara, aurum, thus, & myrrham.* Matth.

2. Fidem testantur opere; nec comparent va-  
cui ante Regem: donant illi quidquid ha-  
bent preciosum. Nec dubium est obtulisse e-  
tiam, quod iisdem muneribus designarunt;  
cum auro charitatem; cum thure devotio-  
nem, cum myrrha mortificationem. Credis  
Deum? operibus proba. Offer eidem tria  
hæc mystica dona; sed oblata semel, non  
amplius recipe

2 *Obtulerunt ei munera* Considera quàm  
grata fuerint hæc munera Christo Domino:  
non quia pretiosa ex materia; sed quia con-  
iuncta erant 1. cum viva fide. 2. pietate, 3. hu-  
militate, & subiectione. 4. amore. Deus e-  
nim solum æstimat ex quanto affectu, non  
quantum dones. Cùm igitur offers in unum  
tuum Deo, affectum procura.

3. *Ob-*